

oraculo, attenditur doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi fal-  
siloquorum, quibus tot inter sanctioris scientiæ doctores dis-  
sidia, nunc omnem diabolo veritatis cognitionem derogant;  
nunc eam, quam DEUS O. M. impiis hominibus ad procu-  
randam salutem illorum concedit, notitiam diabolicam  
dicunt; nunc ipsam veræ doctrinæ haud postre-  
mam partem doctrinam dæmoniorum & noxium patris men-  
daciorem dogma appellant; nunc salvificam etiam veritatis  
cognitionem diabolis concedunt. De his igitur ut rectiora  
nobis constent & confirmentur, Benignissimi NUMINIS au-  
xilium mihi precatus, demandatam materiam, ea qua fieri po-  
test brevitate, sic tractare aggressus sum, ut ante omnia pa-  
teat, num detur quædam dæmonum Theologia? ubi vero  
de eo compertum fuerit, quod detur, dein elucescat: unde-  
nam fuerint eam consecuti, & qualis tum in se, tum ratio-  
ne ipsorummet malignorum spirituum, tum in comparatio-  
ne ad alios existat. Faxit ille, qui Satanam conculcat sub  
pedes nostros, Unitrinus DEUS, ut ita hæc noscamus, nec  
unquam quæ infra nos, ad nos quidquam censeamus perti-  
nere! Per JESUM CHRISTVM Redemptorem nostrum!  
Amen.

JOVA JUVVA!

DE

## THEOLOGIA DAEMONUM

SPECIMEN IN AVHVRALE THEOLOGICVM.

§. I.

**T**HEOLOGIAE vocabulum a gentilibus acceptum, Theolo-  
Ecclesiæ usu vero sanctificatum, vi originis suæ quid?  
notare λόγον περι τῆς ΘΕΟΥ, sive De DEO sermocina-  
tionem aut ratiocinationem, uti Ἀερολογία de homine,  
Φυσιολογία de natura, & alia id genus nomina de  
aliis rebus mentis rationalis operas: id in vulgus notum est.  
Idem vocabulum num semper ita λόγον τῆς ΘΕΟΥ notet, ut  
res eo signata non tantum περι τῆς Θεοῦ occupata, sed & a  
DEO

A 3

DEO